

LIBER CASSIODORI SENATORIS
HUMANARUM LITTERARUM QUISERI
BITUR DE ARTIBUS ET DISCIPLINIS
SECLARIUM STUDIORUM HOC EST
DE GRAMMATICA DE RHETORICA
DE DIALECTICA DE PHILOSOPHIA
DE MATHEMATICA DE RITHMETICA
DE GEOMETRICA DE ASTRONOMIA
DE MUSICA

DE GRAMMATICA ARTE



Intentus nobis est de arte grammatica siue rhetorica
uel de disciplina aliqua breuiter uelle conscribere.

Quarum rerum principium necesse nos est inchoare

Dicendumque prius est de arte grammatica: quae est uide
licet origo & fundamentum liberalium litterarum.

Libera uero dicitur: a libro id est carbonis cortice dempto.
adque liberato ubi ante copiam cartarum atque
carmina describebant.

Scire autem debemus sicut uarro dicit utilitatis alicuius
causa omnium artium exorisse principia.

Ars uero dicta est quod nos suis regulis artum atque constringat
alii dicunt a graecis hoc tractum esse uocabulum